

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0592

0590

0596

0586

0601

0581

0641

0541

0691

0491

1091

0091

**De Officio divino et expulsione peregrinorum ab ecclesia dominici sepulchri.**

(B) Interim militibus creatis incepimus celebrare et peragere Officia divina, et in loco innunctionis Domini habui, ibique de S. Alexio, cuius instabat festivitas, celebravi, quia verus peregrinus fuerat, et clara jam facta die lactissimum cantavimus Officium in dominico sepulchro de resurrectione Domini, sicut cantatur in die paschae. Post quod venerunt Saraceni, nosque ejecerunt modo dicto fol. 121 B. Et unusquisque contulit se ad locum suum, et noctem sequentem egimus in monte Oliveti, occulte tamen, orantes et quiescentes in specu agoniae Mariae, ante autem lucem claram in montem Syon reascendimus ad Missas.

**De transitu peregrinorum a Jerusalem in montana Iudeae ad domum Zachariae, ubi Maria salutavit cognatam Elisabeth.**

Decima octava die mane venerunt ductores nostri cum asinariis et asinis in montem, et convocatis peregrinis omnibus sedimus super bestias nostras et de Jerusalem egressi sumus ad australem plagam cum magna festinatione, et in montana Iudeae processimus per vias asperas. Sunt enim montana illa aspera quidem et petrosa, sed fructuosa, fructibus et ficibus et olivis plena. In his pervenimus ad domum quandam, in alto situatam, magnam et altam, destructam, quam tamen dicunt fuisse domum sancti senis Simeonis, qui Christum in ulnis suscepit in templo Domini, Luc. 2. Haec domus multa habet testudinata habitacula, et in ejus summitate est respectus ad Jerusalem et ad Bethlehem. Juxta hanc domum hymnum Simeonis decantavimus; Nunc dimittis etc., et indulgentias recepimus (†). Et inde progressi in vallem valde fertilem descendimus et ad locum declivem inter macerias processimus. In illo monte aedificaverunt Macchabaei fortissimi fortalitium valde munitum contra incursum gentium, dictum Bethsura, id est, domus acerba, sive domus fortitudinis. De quo habetur 1 Maccab. 4 et 6 cap. Hoc fortalitium dolo

2\*

Ende

Anfang

